



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

5. De alijs Pronuntiationis vitiis: De Coccysmo, Brancho, Suspiriis, blæsa
Nare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

usque actuosi visuntur, quæ dūm apud imperitum populum, quæ istis rebus pascitur, habent aliquid iucunditatis, è scena transeunt, non modo in oratorum pulpita, sed in ipfas concionatorum cathedras, ex quo latius in dies blandum serpit malum.

Quia igitur ratione hac pronuntiatio tam peruerla euelli possit; haec opinor, si pueri primū rebus submissi, & humilibus rotundè pronuntiandi assuecant, nec statim ad tragicas illas nārias, aut furores etiam procurrant.

Deinde, si senium eorum, quæ recitant, mature animaduertant, interdūm etiam vernacula, non illa inflata, & tragica, sed grauia, & sedata pronuntient. Praeceptores bene monentes audiunt, sua etiam virtutia in alijs recognoscant.

Postremò, vbi iam ad illos palatīra motus aptiores, & magis compōsi tuerintur, in orationibus exercētūr, quæ variis motus, ac vocis inflectiones admittant, vt quid submisso, ac leniter, quid festinè, quid atrociter, quid sedatè, quid concitatiū dicendum videant, è quibus pronuntiatio grata comparatur varietas.

Neq; vero, cum tantoper cantus exagitatur, in eorum sectam transeundum est, qui dum Scyllam fugiunt, in Charybdin incident: Dum e; in sibi persuadent cantionem eis ab oratore alienam, in exilem quandam deuenient pronuntiatio[n]is siccitatem quotidiano sermone simillimam, quam ure reprehendit Quintilianus: oportet enim esse aliquid in actione nitoris, & cura, quod qui penitus euellere student, corrumptū eloquentia. Maximè verò illud appetit in floridis argumentis, vt in ipsa Poëmarum recitatione, in qua, qui pueros in eam conantur adducere seueritatem, vt naturaliter, quod ait, pronuntient, non solum quicquid in ea aetate est, tollunt gratiæ, & iucunditatis, sed eorum actionem suburdam, exilem, languidam, & penè senilem faciunt, vt præ istis iam cantores diserti, & bene fortunati videantur. Quis enim eum ferat, qui istos versus humiliter pronuncie.

Soror tonantis (hoc enim solum mihi Nomen relictum est) semper alienum Iouem, Ac templo summi vidua deseruit etheris, Locung, cælo pulla, pellicibus dedit. Non fecus, a si Dauus aliquis dicat, Hore salve, aut Phœdria secum. Dum ruis eo cœptegomet, mecum inter viam, Ita ut sit ubi, quid in animo est molestia Aliam rem ex alia cogitare.

*Cantus in
oratione
subobscu-
rior esse
debet.*

(Quanquam, & hæc etiam aliquid artis defiderant) plene ridiculi sunt, qui ita pronuntiant, nec vident M. Tullium hoc genus improballe, qui dixit in oratione, *cantum esse aliud
quem subobscurem, artificios scilicet vocis flexus subindicans, quos, qui omnino rejiciunt, dum le artificio sa dicunt improbare, fruantur tamen sua persuasione, sed ceterorum labori dent veniam, qui nihil credunt esse perfectum, nisi vbi natura cura iuuatur.*

De alijs pronuntiationis vitis.

De Coccysino, Brancho, Suspirio, Blæsanate.

C A P V T V.

A lia sunt pronuntiationis vitia, & eas quamplurima, inter quæ Coccysmus, Branchus, Suspiria, & Blæsanates sepius numerantur.

Coccysmus fit, cum vox supra vites vrgetur, vnde & suffocata sapere, & maiore nisu, minus clara est, & interim elisa in illum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo galorum cantu dederint. Quale autem illud sit, appareret ex Iulio Polluce, qui *κοκκυστης gal.* Julius Pollus tribuit, ex autoritate Demosthenis, & lux libri. Hyperidis, γαληπικός ονομασθείτων, & τον θρόνον τον κατέπιεν.

Branchus, sive βράχος est longus, & plenus, & clarus satis spiritus, non tamen firme intentionis, ideoque tremulus, vt corpora, que aspectu integra nervis parum sustinentur, vt ait Fabius, cuius etiam vitij meminit Pollucis Onomasicon, & βράχος φωνη nominat.

Suspiriosi alij sunt, qui spiritum cum stirpore per raritatem dentium non recipiunt, canticis sed resorbent: sunt qui crebro anhelitu, & intus tristis etiam clare sonante imitantur instrumentum onere, & ingo laborantia: Quod affectant quoque, tanquam inventionis copia virgantur, majorque vis eloquentia ingrat, quam quæ emitti fauibus possit. Et alij concursus oris, & cum verbis suis collocatio: Iam tulire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiorem partem spiritus in eloquendo, per narces effun-

effundere; etiam si non utique vocis sunt vittas; quia tamen propter vocem accidentur, huic loco subiiciuntur. Quod vero ad rectam spiritus & vocis economiam attinet, nec volubilitate nimia confundenda, quae dicimus, qua & distinctio perit, & affectus, & nonnunquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur, cui contrarium est vitium nimis tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid temporibus praefinitis, aquam perdit. Promptus sit os, non praecepsum moderatum, non lentum: spiritus quoque, nec cerebro receptus, concidat sententiam, nec eodem utique trahatur, donec deficiat. Nam & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressa, & receptus longior, & non opportunus, ut quia hat, non ubi volumus, sed ubi necesse est. Hanc Fabius.

De vocis naturalibus vitiis, & virtutibus.

CAPUT VI.

Vox nigra
quæ?

I Vlius Pollux, Onomastici lib. 2. c. 26. virginiter ferme vittia enumerat, quibus mala vox appellari solet.

Prima est *m̄laiva*, nigra, hoc est, obscura translatione ducta ab oculis ad aures. Nam ut nigrum signum oculos afficit, ita hæc vox difficilis in aures penetrat, & secum minus habet amoenitatis, immo tristis retinet quidquam horrois.

grisea, fusca, vel subnigra, differt quidem à nigra, quod minus habeat obscuritatis, sed tamè pura vocalitatis nitore longe absit.

Aurora, in amena, quales esse solet aliquando robustissime voices, cum quibus raro miscetur iucunditas. Et id in Cassio Seuero mirabile fuisse memor Seneca, quod valentissimæ vocis retineret suavitatem. Hæc enim inter se raro conueniunt, ut eadem vox sit suavis, & sonida.

Eurydice, pusilla dicitur à Quintiliano, quæ *ēp̄ȳx̄*, excelsa & prægrandi opponitur. Talis est eorum qui pipire magis videntur quam loqui.

Syrinx, angusta, quæ veluti per arctum guttulas canalem tenuiter eliquatur, nec aures implet auditorum.

Aurora, Quæ vel difficile auditur, vel

auribus importunè molesta est.

Avafr̄s, subfurda, vocatur à Fabio, quæ ut Aſpendius citharista, sonum intus retinet, nec vocales habet emissiones.

Ekȳȳm̄iv̄s, confusa, nec plenè articulatis sonis distinḡta.

Ekl̄m̄l̄s, absonta, discrepans, & inconcinnata.

Amet̄s, neglecta, sine nitore, & palæstra.

Avaȳȳos, rufus, & intractabilis, quales esse solent pulli equorum effrænes.

Aπεδ̄s, ad persuadendum inepta, qualis esse solet vox cantantium in oratione.

Aυκαμπ̄k̄s, rigida, quæ agre' flexiones admitit.

Tραχ̄a, dura, & aspera, quæ strepitu aures offendit.

Δισταρμ̄iv̄s, discripta, quæ fit, quando sermo subiunctus imparibus spatijs ac ionis, miscens longa brevibus, gravis acutis, elata summissis, & inequalitate horum omnium, sicut pedum, claudicat sermo: eadem varia & inconsans dicitur.

Aυπ̄iḡs, tristis & acerba, quæ auribus insuonundum sonum fundit, qualis esse solet rotum stridularunt, aut inconcinnatum aumenum.

Bραχ̄w̄s, infusa, quæ tenuis & elitus spiritus in iauac exilitatem spargitur.

Xαλκ̄k̄s, ænea, quæ instar æris vehementi quodam tinnitu aures ferit.

Oḡa, acuta, quæ sonantius quam par est, aures præcellit, & penetrat. Non enim acutissimus sonus orationibus conuenit, quod prætenuis sit, & nimis secans, & immodice clarat, contraria vero virtutes sunt.

Vox *īt̄ll̄*, alta, quæ ex firmis sparsa latetibus, aures implet plenissime.

Xπ̄ip̄ȳs, excelsa, & exaggerata, quæ non modo plenus auditur, sed ipsa firmitate durabilis est.

Nautiḡs, clara, quæ nitidius personat, & nullis maculis infuscatur.

Natr̄a, plana, fusa, explicata.

Sap̄a gravis, & prægrandis, qualis esse solet valentissimorum musicorum, quæ si admixtam habeat suavitatem, laudatissima vox est; at vero dulcedinis expers, plerunque in vastam enormitatem spargitur.

Aeuué, candida, & pura, quæ aures afficit, ut color albus oculos.

Eukr̄a, *Dop̄m̄*, pura, puta, & quasi omnibus virtutis ac fortibus defæcata.

M. 64